Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Petro apostolo

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

nus et orationibus sepulchro beati petri sanctus leo astitit obsecrans ut suorum veniam peccatorum impetraret. Cui petrus apparens dixit. Deprecatus sum pro te dominum et omnia peccata tua dimisit tibi. solum tamen de manuum impositione debes inquiri. id est si bene sive aliter alicui manus imposuisti exigeris.

De sancto petro apostolo

Petrus triplex nomen habuit. Vocatus enim est symon bariona. Symon interpretatur obediens vel ponens tristiciam. bariona filius columbe. Bar enim lingua syra filius. iona ebraice columba. Fuit enim obediens quando christus eum vocavit quia ad unius vocationis vocem domino obedivit. Ponens tristiciam quando christum negavit quia egressus foras flevit amare. Filius columbe quia deo simplici intentione serviebat. Secundo vocatus est cephas quod interpretatur caput vel petrus vel increpans ore. Caput ratione prelationis. petrus ratione firmitatis in passione. increpans ore ratione constantie in predicatione. Tertio vocatus est petrus quod interpretatur agnoscens vel discalcians vel dissolvens. quia enim divinitatem agnovit cum dixit. Tu es christus filius dei vivi. Et pedes affectuum suorum ab omni opere mortuo et terreno discalciavit cum dixit. Ecce nos reliquimus omnia et cetera. Et vincula peccatorum nobis dissolvit et hoc per claves quas a domino recepit. Illud autem nomen petrus christus sibi imponendum promisit cum dixit iohannis i. Tu vocaberis cephas quod interpretatur petrus. Secundo promissum imposuit sicut dicitur marci iii. Et imposuit symoni nomen petrus. Tertio impositum confirmavit cum dixit matthei xvi. Et ego dico tibi quia tu es petrus et cetera. Eius martirium marcellinus papa et egisippus et leo papa scripserunt.

De nomine

Petrus apostolus inter ceteros et super ceteros apostolos maioris fervoris extitit. Nam et scire proditorem domini voluit quia ut dicit augustinus si eum scivisset dentibus discerpsisset. et ob hoc dominus proditorem nominare noluit quia ut ait crisostomus si ipsum nominasset statim petrus consurgens ipsum trucidasset. Hic super mare ad dominum ambulavit. In domini transfiguratione et puelle suscitatione a domino electus fuit. Staterem in ore piscis invenit. claves regni celorum a domino accepit. pascendas oves a domino accepit. tria milia hominum in pentecoste sua predicatione convertit. Ananiam et saphiram morte predixit. Eneam paraliticum curavit. cornelium baptizavit. tabytam suscitavit. umbra sui corporis infirmos sanavit. ab herode incarceratur sed ab angelo liberatur. Qualis autem eius cibus vel indumentum fuit ipse in libro clementis testatur. Panis inquit solus cum olivis et raro cum oleribus usus est. indumentum hoc est quod vides tunica cum pallio. et hoc habens non aliud requiro. Fertur quoque quod semper sudarium in sinu habebat quo crebro fluentes lacrimas detergebat quia cum dulcedinis et allocutionis et presencie domini memoria occurreret pre nimia amoris dulcedine lacrimas continere non poterat. Refert quoque clemens sicut in ecclesiasticis hystoriis invenitur quod cum uxorem petri ad passionem duceret petrus ingenti gaudio exultavit ac eam proprio nomine vocans postea exclamavit. O coniux memento domini. Quadam vice cum petrus apostolus duos de discipulis suis misisset ad predicandum dum xx dietas iuissent

unius viri defunctus est. Alter vero ad
petrum rediit et quid acciderat nun
ciavit. Hic dicitur fuisse beatus martialis
vel secundum quosdam sanctus maternus. Tunc
petrus suum baculum sibi tradidit pre
cipiens ut ad socium pergeret et super eum se
poneret. Quod cum fecisset ille qui iam xl dies
mortuus iacebat per illum surrexit vivus.
¶ Eo tempore erat quidam magus in ierusa
lem nomine symon qui se primam veritatem
dicebat et se credentes perpetuos efficere
asserebat et nulla sibi impossibilia
dicebat. ¶ Legitur etiam in libro cle
mentis ipsum dixisse: adorabor ut deus.
honoribus publice divinis donabor
et quicquid facere voluero potero. Aliquando
cum mater mea rachel iuberet me exi
re ad agrum ut meterem, ego falcem in
terra positam precepi sola ut meteret et
messuit decuplo amplius ceteris. Addidit
quoque etiam secundum ieronimum: ego sum sermo
dei, ego speciosus, ego paraclitus, ego omnipotens,
ego omnia dei. Serpentes quoque eneos facie
bat moveri, statuas eneas et lapideas
ridere et canes cantare. ¶ Hic igitur
ut linus ait volens disputare
cum petro et ostendere quod deus esset, statuta
die venit petrus ad locum et astantibus:
Pax vobis fratres qui amatis veritatem. Cui
symon: Nos tua pace opus non habemus. Si
enim pax fuerit et concordia ad inveniendam
veritatem non poterimus proficere. Hinc enim in
ter se pacem latrones habent. Propter quod nolite in
vocare pacem sed pugnam. Omnibus
dimicantibus tunc erit pax cum alter
fuerit superatus. Et petrus: Cur times
audire pacem? Ex peccatis enim bella na
scuntur; ubi autem peccatum non fit pax est.
In disputationibus veritas, in operibus iu
sticia invenitur. Et symon: Nichil

dicis. Sed ostendam tibi divinitatis mee
potentiam ut repente adores me. Ego
sum prima virtus et possum volare per aera,
novas arbores facere, lapides in panes
mutare, in igne sine lesione durare
et omnia que volo possum facere. Contra
hunc igitur petrus disputabat et omnia
eius maleficia detegebat. Tunc videns
symon quod petro non posset resistere, omnes
libros sue magice artis in mare proiecit
ne forte magus probaretur et romam ut
deus ibi haberetur pervenit. Quod ubi pe
trus comperit ipsum insequitur et romam usque
prosequitur. ¶ Quarto igitur anno clau
dii imperatoris petrus romam appli
cuit et ibi annis xxv sedit et ibi duos episcopos
linum et cletum sibi coadiutores ordinavit
ut ait iohannes beleth, unum extra muros
urbis, alium intra ordinavit. Pre
dicationi autem insistens multos ad fi
dem convertebat et infirmos quam plures
curabat. Sed in predicatione sua semper laudis
et preferens castitatem iiii concubinas
agrippe prefecti adeo convertit quod ad prefectum
redire ulterius recusavit. Unde iratus
prefectus adversus petrum occasionem que
rebat. Post hec apparuit dominus petro dicens:
Symon et nero contra te cogitant, sed
ne timeas quia tecum sum ut eruam te et
dabo tibi servi mei pauli solatium
qui cras romam ingredietur. ¶ Sciens igitur
petrus quia velox esset depositio taberna
culi sui in conventu fratrum positus ma
num clementis apprehendit et eum episcopum
ordinavit et in cathedra loco sui
sedere coegit. ¶ Post hec paulus sicut
dominus predixerat romam venit et cum petro
christum predicare cepit. Symon autem
magus in tantum a nerone amabatur
quod vite eius et salutis et totius civitatis

custos sui dubio putabatur. ¶ Contigit
autem die ut dicit leo papa dum ante neronem as
taret: eius effigies ſubito mutabatur:
et modo senior modo adoleſcentior uidebatur.
Quod cum uideret nero ipsum hunc esse dei
filium extimabat. Dixitque ita ſymon
magus neroni. Sicut idem leo refert. Ut
ſcias optime imperator me ipsum dei fi
lium esse iube me decollari et die tercia
reſurgam. Precepit igitur nero carnifici
ut ipsum decollare debet. Qui cum putaret
ſe decollare ſymonem decollauit arie
tem. Symon autem arte magica illesus
euaſit. et arietis membra colligens
ea abſcondit et ſe tribus diebus occulta
uit. Sanguis autem arietis ibidem conge
latus remanſit. ¶ Die autem tercia oſ
tendit ſe neroni dicens. Fac ſang
uinem meum qui effuſus est extergi. quia
ecce ego qui decollatus fueram ſicut
promiſi tercia die reſurrexi. Quem ne
ro uidens obſtupuit et ipsum uere dei
filium putauit. hec leo. Aliquando et cum in
conclaui cum nerone esset demon in eius
ſpecie cum populo loquebatur. Denique romani
in tantum uenerationem eum habuerunt quod
eidem ymaginem fecerunt et hunc titu
lum ſuperſcripſerunt. Symoni ſancto deo. Pe
trus autem et paulus ad neronem intro
ierunt et omnia eius maleficia dete
gebant. Addiditque petrus. Quod ſicut
in christo ſunt due ſubstantie ſcilicet dei et hominis.
ſic in iſto mago ſunt due ſubstantie ſcilicet hominis et
dyaboli. Dixit ſymon ut teſtantur ſancti
marcellus et leo. Ne diutius hunc
patiar inimicum precipiam angelis me
is ut uindicent me de iſto. Cui petrus.
Angelos tuos non timeo ſed ipſi me ti
ment. Nero dixit. Non times ſymonem
qui diuinitatem ſuam rebus affirmat. Cui

petrus. Si deitas est in ipſo dicat mi
hi nunc quid cogito. uel quid facio. Quam cogi
tationem meam prius auribus tuis in
ſinuo. ut non audeat mentiri
quod cogito. Nero dixit. Accede huc
et dic michi quid cogitas. Petrus autem
accedens dixit. Iube mihi panem ordea
ceum afferri et occulte dari. Qui cum alla
tus fuisset et petrus illum benedixiſſet
et ſub manica abſcondiſſet dixit. Di
cat ſymon qui ſe deum fecit quid ſit
cogitatum quid dictum quid factum. Respondit
ſymon. Petrus magis dicat quid
cogitem ego. Dixit petrus. Quid cogi
tet ſymon me ſcire docebo dum quod
cogitauit fecero. Tunc ſymon indig
natus exclamauit. procedant canes
magni et deuorent eum. Et ſubito ca
nes maximi apparuerunt et in petrum
impetum fecerunt. Ille uero panem bene
dictum obtulit et ſubito ipſos in fugam
conuertit. Tunc dixit petrus ad nero
nem. Ecce oſtendi me noſſe quod contra me
cogitauerat non uerbis ſed factis. Nam qui pro
miſit contra me angelos uenturos ex
hibuit canes ut oſtenderet ſe non di
uinos habere angelos ſed caninos. Dixit
ſymon audite petre et paule. Si hic
nichil uobis poſſum facere. ueniemus
ubi oportet me uos iudicare. Ego
autem uobis ſed parco. hec leo. Tunc ſy
mon ut ait egeſippus et linus intu
meſcens elatus auſus est ſe iactare quod po
ſſet mortuos ſuſcitare. et accidit ut
quidam iuuenis moreretur. Vocatis
igitur petro et ſymone. hanc omnes deuo
te ſymonis ſententiam firmauerunt ut
ille occideretur qui mortuum ſuſcitare non
poſſet. Symon igitur dum ſuper mortuum
ſuas incantationes faceret uiſus est

caput agitare defunctus. Tunc omnes
exclamantes petrum lapidare vole
bant. Petrus vero vix impetrato sile
cio dixit: Si vivit defunctus surgat
ambulet et loquatur. Alioquin scia
tis fantasma esse quod caput mortui
movet. Separetur symon a lectulo ut
plene figmenta dyaboli divulgentur. Se
paratur igitur symon a lectulo et penitus immobilis
permansit. ¶ Petrus autem a longe stans
oratione facta exclamavit dicens: Ado
lescens in nomine domini ihesu nazareni crucifixi
surge. Et statim surrexit et ambula
vit. Cum populus vellet symonem lapida
re ait petrus: Satis est illi ad penam
quod se agnoscat in suis artibus convictum.
Magister autem noster docuit nos ut pro malo
bonum reddamus. Dixit autem symon: Sci
tote petre et paule non vobis contingit
ut martirio vos dignetur. Cui petrus: Utinam
adveniat nobis quod cupimus. Tu autem nunquam
bene sit quod quecumque loqueris mentitus. Tunc
symon ut ait sanctus marcellus ivit
ad domum marcelli discipuli eius ligavit
que maximum canem ad hostium domus
dicens: Nunc videbo si petrus qui ad te
venire consuevit ingredi poterit. Post
paululum venit petrus et facto signo
crucis canem solvit. Canis autem omnibus
aliis blandus solum symonem persequebatur
bat. Qui apprehendens eum ad terram sub
tus se deiecit et eum strangulare vo
lebat. Accurrens autem petrus cani cla
mavit ne noceret. Et canis quidem cor
pus eius non lesit sed vestes adeo laceravit ut
ille nudus penitus remaneret. Populus
autem et maxime pueri simul cum cane post
eum tamdiu cucurrerunt donec illum quasi lu
pum de civitate fugaverunt. Qui ob pu
dorem non ferens per annum nusquam comparuit.

Marcellus autem hec mirabilia videns
deinceps petro adhesit. ¶ Postea
autem symon rediens iterum in gloriam a
micicia receptus est. Symon igitur ut refert
leo populum convocavit et se a galileis gra
viter offensum perhibuit. Et ideo urbem
quam tueri solebat se deserere velle dixit
et diem statuit quo celum deberet ascendere
quia non dignabatur amplius in terris habitare.
Statuta igitur die turrem excelsam vel secundum
linum capitolium ascendit et ibi se
deiciens coronatus lauro volare cepit.
¶ Dixit autem paulus ad petrum: Meum est
orare et tuum imperare. Dixit nero: Ve
rax est homo iste vos autem seductores es
tis. Petrus autem dixit ad paulum: Paule
erige caput et vide. Cumque erexisset ca
put et vidisset symonem volantem dixit
ad petrum: Petre quid cessas perfice quod ce
pisti. Iam enim vocat nos dominus. Tunc
petrus ait: Adiuro vos angeli sathane
qui eum in aera fertis per dominum nostrum ihesum
christum ut eum amplius non feratis sed continue
dimittatis. Et continuo dimissus cor
ruit et confractis cervicibus exspiravit.
¶ Audiens vero hec nero talem virum perdi
disse doluit. Dixitque apostolis: Suspectos
animo meo fecistis. Malo exemplo vos
perdam. Hec leo. Tradiditque eos in manibus
paulini viri clarissimi et paulinus
tradidit eos sub custodia militum processi et
martiniani. Quos tamen milites petrus
ad fidem convertit unde carcerem aperuerunt et
eos liberos dimiserunt. Quapropter paulinus
post passionem apostolorum processum et mar
tinianum accersivit et reperto quod christiani erant
capite cesi sunt. Rogabant igitur fratres petrum
ut inde discederet. Et cum discedere nollet tan
dem victus precibus abscessit. Et cum venisset
secundum ad portam ut leo et linus testantur

ad locum ubi nunc dicitur sancta maria ad
passus. uidit christum occurrentem
et ait. Domine quo uadis. Cui respondit.
Venio romam iterum crucifigi. Quod
dominum de sua passione dictum intelligere
reduxit. Cum hoc sibi reuelasset, annuis
neronis capitur et per sententiam agrippe pre
sentatur. Facies eius ut sol ut ait
linus. Cui dixit. Tu ne es ille qui in plebi
bus et mulierculis quas a thoro uirorum
separans gloriaris. Quem apostolus increpans
ait se in cruce domini gloriari. Tunc pe
trus tanquam aduena iussus est cruci
figi. paulus uero quia ciuis erat roma
nus iussus est capite truncari. De
hac sententia in ipsos data dyonisius in epistola
ad thimotheum de morte pauli inquit
uerba. O mi thimothee si uidisses a
gones consummationis ipsorum defecisses
quidem pre tristicia et dolore. Quis non fle
ret illa hora quando preceptum sentencie egressum
in eos est ut petrus scilicet crucifige
tur et paulus decollaretur. Uidisses
tunc turbas iudeorum et gentilium per
cucientes eos et expuentes in facies
eorum. Adueniente autem terribili tempore
consummationis ipsorum cum separarentur ab in
uicem ligauerunt mundi columpnas non
utique absque fratrum gemitu et ploratu.
¶ Tunc inquid paulus petro. Pax
tecum fundamentum ecclesiarum et pastor ouium
et agnorum christi. Petrus autem ad pau
lum. Vade in pace predicator bonorum
mediator et dux salutis iustorum. Cum
autem elongassent se ab inuicem secu
tus sum magistrum meum non enim in eodem uico
occiderunt eos. hec dyonisius. ¶ Petrus autem
ut leo et marcellus testantur dum ue
nisset ad crucem ait. Quia dominus meus de celo
ad terram descendit erecta cruce sub

limatus est. me autem quem de terra ad celum
reuocare dignatur. crux mea caput
meum in terra debet ostendere et pedes ad
celum dirigere. Ego quia non sum dignus
ita in cruce esse ut dominus meus. crucem mi
girate. Tunc illi crucem uerterunt
et pedes sursum. manus autem deor
sum fixerunt. Tunc populus furore reple
tus uolebant neronem et prefectum occidere
et apostolum liberare. Qui eos rogauit ne
passionem suam impedire deberent. Dominus
autem ut ait egesippus aperuit oculos
eorum qui ibi flebant et uiderunt an
gelos stantes cum coronis de floribus
rosarum et liliorum et petrum in cruce stan
tem cum eis et librum accipientem a christo.
et hec uerba que loquebatur ibi legentem.
Tunc petrus ut testatur idem egesippus
de cruce dicere cepit. Te domine ita imitari
optaui. sed rectus crucifigi non usurpa
ui. Tu semper rectus. excelsus. et altus.
nos primi hominis filii qui caput suum
dimisit in terram. cuius lapsum significat
species generationis humane. sic enim nasci
mur ut prima in terram uideamur effundi.
Mutata quoque conditio est ut hoc putet mundus
dextrum quod constat esse sinistrum. Tu domine
mihi omnia es totum quod es tu mihi totum et nihil
aliud nisi tu solus. Gratias tibi ago spiritu
toto quo uiuo. quo te intelligo. quem
appello. Et due alie rationes tangunt
quare rectus noluit crucifigi. Vi
densque petrus quod fideles gloriam suam
uiderent gratias agens et deo fideles com
mendans spiritum emisit. Tunc marcel
lus et apuleus fratres discipuli eius eum
de cruce deposuerunt et diuersis condimentis
aromatibus sepelierunt. ¶ In ipsa
autem die petrus et paulus dyonisio
apparuerunt. secundum quod ipse ait in pre

dicta epistola .iiii. h uerbu. Attende miracu-
lum inde prodigium sicut in chronica theodori dica-
tur narrationis ipsorum. nam presto fui in
tempore separationis ipsorum. Post mortem autem
eorum uidi eos intrantes manum ad manum
intrantes portas urbis. et indutos ueste
luminositatis. et lucis ornatos. hec dionysius.
¶ Tempore sancti cornelii pape greci fideles
apostolorum corpora furati eadem asporta-
bant. sed demones in ydolis habitantes.
diuina coacti uirtute clamabant.
Viri romani succurrite quia dii uestri au-
feruntur. Qua pro fidelibus intelligenti-
bus de apostolis. gentilibus uero de suis di-
is. multitudo adunata fidelium et infideli-
um illos persequitur. Vnde greci timentes
timentes apud catacumbas apostolorum cor-
pora in puteum proiecerunt. sed a fidelibus inde
postmodum sunt extracta. Sed cum dubita-
rent que ossa essent beati petri. et que beati
pauli orationibus fidelibus et ieiuniis insis-
tentibus de celo eis. Responsum fuit ma-
iora sunt ossa predicatoris. minora uero
piscatoris. Et sic ossa ab inuicem sepa-
runt. et in suis ecclesiis quas eis libere edi-
ficauerant posuerunt. ¶ Alii uero dicunt
quod siluester papa uolens ecclesias consecrare tam
magna quam parua. simul cum reuerentia pon-
derauit et medietatem in una ecclesia et me-
dietatem in alia collocauit. ¶ Dicit au-
tem eadem die et hora passi sunt. non tamen in eo-
dem loco passi sunt. hec dicit ex eo quod anno
rome passi sunt. Et nota quod ieronimus et omnes
sancti qui de his tractant in hoc concordant
quod eodem die et anno passi sunt. Sic et mani-
feste habetur exempla dyonisii. et sicut
dicit leo in quodam sermone n sic au-
torum. n. sine causa factum putamus. quod uno
die in uno loco unius tyranni tole-
rauere sententiam. In uno die ambo passi

sunt ut ad christum pariter peruenirent. uno loco
ne alteri roma deesset. Sub uno persecutore
ut equalis crudelitas utrumque constringeret.
Dies quidem pro merito. locus autem pro gloria. per-
secutor decretus est pro uirtute. hec leo. ¶ Licet
eadem die passi fuerint ordinauit tamen
gregorius ut ipsa die specialis fieret quo
ad officium sollempnitas petri. et in sequenti
die fiat dedicatio ecclesie sancti petri. tum quia
maior est dignitate. tum quia prior conuersio-
ne. tum quia primatum obtinuit rome. Memoratio

Paulus interpretatur os **Sancti Pauli**
tube. uel os mirabile seu electionis.
Vel paulus a paula quod est requies. ut dicit
modicum latine. Per hoc intelliguntur vi. pri-
uilegia que habuit paulus pre ceteris
apostolis. ¶ Primum est lingua fructuosa.
quia ab ylirico usque iericho repleuit eu-
angelio et ideo dicitur os tube. ¶ Secundum est caritas uis-
cerosa. quia dicit. quis infirmatur et ego non infirmor.
quis scandalizatur et ego non uror. et ideo dicitur os. scilicet cordis de quo ipse dicit.
ad cor. ii. Os nostrum patet ad uos chorin-
thii cor nostrum dilatatum est. ¶ Tertium est conuersio
miraculosa. et ideo dicitur electionis mirabile.
quia mirabiliter electus et conuersus fuit.
¶ Quartum est manus operosa. et ideo dicitur electionis in-
uentum qui elegit suis propriis manibus sump-
tus acquirere et incessanter predicare.
¶ Quintum est contemplatio deliciosa. quia
raptus est usque in tertium celum. et ideo dicitur
domini requies quia in contemplatione exigitur
requies mentis. ¶ Sextum est humilitas uirtuo-
sa. et ideo dicitur modicum. De hoc autem nomine
paulus sunt tres opiniones. Origenes
uult quod semper fuit binomius. et sic po-
terat uocari paulus et saulus. a saul. re- Saul'
ge sed post conuersionem uocatus est
paulus quasi pusillus a modico et hu-
mili spiritu. Vnde et nomen suum interpretando
dicebat. Ego sum minimus apostolorum et cetera.